



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Regvlarvm Vtrivsque Ivris Cvm Ampliationibvs Ac
Limitationibvs**

Dueñas, Pedro

Venetiis, 1566

Regvla CIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63232)

strax. & ibi. doct.

- 2 Fallit etiam in uassallo qui tempore necessitatis non compellitur præstare collectas, uel angarias domino suo. Bal. sing. in l. penult. C. de bonis que lib. nu. 6. & domum rem subditi sui alienare non potest.
- 3 Fallit etiam in hebræo qui factus est Christianus et consuetudine ægritudinis non potest esse clericus, nisi præ in ciuitate illa non essent clerici, secundo si sanctitas illa id suadeat. Rom. sing. 421. An factum Deci. e. eam reuocari. not. nu. 30. de rescrip.
- 4 Fallit in officialibus rectorum exercentibus officium eis iniunctum ex necessitate, quibus præmium nullatenus debetur. Ita Bal. in l. 2. not. 2. C. de oper. lib. & l. ab hostibus. Il secundo, C. de capt. & l. si quis §. utrum. ff. ad leg. nat. consi. Silian.
- 5 Fallit etiam in reo couento, qui si non potest facillime in loco iudicij. Remittetur in loco domicilij pro satisfactionis præstatione, quia magis est ei subueniendum qui ex necessitate facit, quam ex uoluntate. secundum Afflict. deci. 137. nu. 3.

REGULA CIII.

- 1 Noui operis nunciatio locum non habet contra faciem fossam ut mortuus sepeliatur. & hoc propter publicam utilitatem ne cadauera insepulta iaceant. arg. text. in l. de pupillo §. si quis riuos. ff. de no. oper. nunc. & Ripam tract. de pesti. in cap. de præseruat. remed. nu. 138. & nu. 70. quia non minus reipub. expedit mortuos sepeliri, quam uiuentes conseruare l. si. & ibi Bal. col. 2. ff. de negot. gest.
- 1 Fallit etiam quando mora est periculum allatura. secundum Alex. in d. l. de pupillo §. si quis Riuos. ff. eo. tit. not. cõtra fugitiuos & de fuga suspectos q. retineri possunt etiã in diebus feriatis ex quo mora est periculũ allatura.
- 2 Fallit etiam quando quis edificat in fundo ab alio possesso uidelicet ecclesiam uel hospitale, quia tunc solum cõdit edificatio contra iuris regulas, sed hoc est speciale fauore

favore religionis. secundum Alex. in l. i §. nunciatio nu. 5.
ff. de oper. no. nunc. alleg. glo. not. in c. apostolic. 12. q. 2. in
verfi. construxisse.

R E G V L A C I I I I .

1 Negligens in suo officio puniri debet, & priuatur offi-
cio. Abb. & Deci. in c. dilecti. 8. no. nu. 18. de appell. & ibi
Bal. 90. distin. c. perlatum, & Bal. in l. congruit. ff. de off.
presid. §. furioso. nu. 2. & negligentia probatur per lapsum
termini. secundum Bar. consi. 102. carissime. col. 2. Deci.
in c. si autem col. 2. nu. 16. de rescript. Alex. consi. 81. nu.
5. uol. 4. Card. consi. 55. Bal. in l. solam col. fi. de testib. And.
Sicnl. consi. 64. col. penult. & in iudice negligente iustitiā
ficere peccatum est glo. est not. in c. ea quæ de offi. ordi.
& alia est magna. alia uero lata. ut l. magna. ff. de uerb. si-
gnifi. Guid. Papa. q. 473. ubi multa. & Lucas de Pen. in l. si
quis nu. 21. usque 47. de nauif. C. lxi. q. not.

1 Limita. q. officiali negligenti in officio suo salariū
etiam sibi minuitur. secundum Abb. in c. ea quæ col. 1. de
statu monac. Bar. in l. iudices. C. de bon. uacant. l. x. & Bal.
in l. mancipia. C. de seruis fug. Deci. in c. dilecti. nu. 20. &
21. de appell. Bal. in consi. 194. in fine dicit, q. negligens
in temporis cursu non leditur. q. intellige de parua & nō
de magna. pro ut supra dictum fuit.

R E G V L A C V .

1 Notitia alicuius rei est duplex, alia per conuersatio-
nem, alia uero per famam, secundum Bal. in consi. 447.
nu. 16. uol. 5. & ideo notitia debet esse clara & aperta, ne
quis circumueniatur in negotiis sæculi. secundum Cz-
pol. in l. aiunt ædiles nu. 6. ij. not. ff. de edil. edict. & ob id
quando celebrantur uenditiones alicuius fundi. non suf-
ficet agnato uel lateraneo scire tale prædium fuisse uen-
ditum ad excludendum eum a iure prælationis, uel pro-
thomifcos, sed debet scire alienationem fundi in tali lo-
60

